competentem Coram Pnti Castrensi Premisliensi officio in primo peremptorio termino stare parere rudere ac pro eodem vadio ab officio recedendo ipsa satisfacere tenebitur omnibus exceptionibus controversiis praescriptionibus suspensionibus evasionibus motionibus appellationibus earumque prosequutionibus ac dilationibus quatenus omnibus iuribusque et facti remediis in parte recentis et senatus nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante

Miekiski tentr Budek

Comparens personaliter coram officio et actis Pnti Castrensi Premisliensi Nobilis Stanislaus Miekiski. Ac iure foro et iurisdictione suis quibusvis propriis recedendo Pnti vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi cum successoribus bonisque suis omnibus quantum ad infrata attinet incorporandum et inviscerandum sanus mente et corpore exeunte publice et libere recognovit. Quia Nobili Felici Budek et eius successoribus summam centum novaginta et duorum florenorum pecunie monete et numeri polonicalis tenetur et est debitus, Pnti bonisque se et successores suos in et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus nunc et in post ubivis et quatenus cumque modo habitis obligat et inscribit dictam summam pro die et festo Sancti Prisce virginis horaque per annum a die data Pnti computandum proxeventuro in Castro Premisliensi dare solvere et ponere reposita et relicta nec per se nec alias quaesitis personas expedire aut arrestare. Et in defectu protinus huiusmodi summae solutionis aut repositionis extunc se successores suos bonaque sua omnia obligat et inscribit datarum et admissarum rerum intronum actuali et pacifica possessione in duos cuiusvis bene possessionatos quos sibi dictus Creditor elegerit exceptis Myslo et Borzimalka et taberna, in villa et ereditate Miekiski consistentibus per Mulem terrenum quemcumque sibi decernit iam exinde possidendum ad id additum sub vadio centum novaginta duorum florenorum pecunie monete polonicalis per ipsum Creditorem et successores eius bona praefata ab intronum accepta ad festum Nativitatis Domini proximum. Et in defectu protinus exemptionis ad aliud simile festum Nativitatis Domini et sic consequenter de Nte ad Nrm Dni se sequendum usque ad exemptionem et summae praefatae omnimoda coniunctim persolutionem in excursum terrenum. Insuper dictus recognoscens se cum successoribus bonisque suis omnibus obligat et inscribit dictum Creditorem et successores eius in dictis bonis et occasione eorundem ab omni quavis impetitione iuridica et extraiuridica tum ab omnibus iuribus et inscriptionibus praeoribus et posterioribus debitis vinculis reformationis et aequivalentibus tum citationibus conventionibus usque ad decisionem finalem. Necnon lucris per lucris iuridicisque progressibus super bonis praefatis importandis perducit et obtinendis totiens quotiens opus fuerit tueri defendere evincere

liberare et intercedere bonaque praefata munda et libera facere. Nec debet cum posteris suis dictus Creditor in dictis bonis quomodo iniuriari et pacificam possessionem adimere. Et ad ea ad acta Terrae Premisliensis an decursum vigesimum hac vel melioris formae transferre et transportare tenebitur sub vadio similis summae centum novaginta duorum florenorum pecunie monete polonicalis. Pro quibus vadio et vadiis quatenus causa succubuerit et sua praedicatus recognoscens cum sua posteritate eidem Creditori et successoribus eius ab officio Pnti Castrensi Premisliensi citatis per ... in toto sui priori recessioni coram praefato officio ... [illegible] ... quod per ... [illegible] ... satisfacere se subiicit. Terminum ... et alios ... [illegible] ... infirmitatibus ... [illegible] ... bello, bellica ... [illegible] ... Convocationibus ... [illegible] ... Omnibus exceptionibus controversiis praescriptionibus suspensionibus evasionibus motionibus appellationibus earumque prosequutionibus ac dilationibus quae ex industria humana excogitari possent et decernere consuetudinem observantur legalibus quibusvis impedimentis iuribusque et facti remediis in parte semotis satisfactionem praemissorum impendere tenebitur et successores eius tenebuntur. Nulla obstante praescriptione terrestri

Terminatur Annus Domini Millesimus Quingentesimus septuagesimus sextus statimque sequentis Anni agressa inchoatio quae sequitur versa pagina